In dei nomine noverint universi Quod Ego Jacobus fortuny mercator ville Calidarum de monte bovino dioc. barchinone pro supplendo aliquibus necessitatibus michi in presenciarum occurrentibus quibus aliter sine minori dampno et interesse meis subvenire non valeo quod per viam vendicionis
instrumenti gracie [illegible] circo gratis et ex certa sciencia per me et omnes heredes et successores meos [illegible] instrumento tamen gracie redimendi mediante vendo absolvo diffinio remitto et perpetuo relaxo vobis vener. [illegible] Johanni monsarrato vallis presbitero dicte ville calidarum de monte bovino hiis
presenti ut layce et private persone ementi de bonis vestris industria propria acquisitis et non de bonis ecclesie et vestris et quibus volueritis perpetuo totum illum censum duodecim solidorum monete barchinone [illegible] firma fatiga [illegible] alio quolibet iure eorum de simul cum
prorata debita usque in presentem diem [illegible] michi factis et prestatis faciebatque et prestare consuevistis Et quem censum Ego habeo [illegible] et recipere debeo et consuevi anno quolibet in festo natalis
domini in et super quibusdam domibus cum orto sive patio cum introitibus et exitibus omnibusque iuribus et pertinenciis suis universis quas domos et patii vos habetis et possidetis infra dictam villam calidarum de monte bovino in vico antiquitus vocato den carbonell nunc vero
den balit propter portale den balit et tenentur dicte domus cum dicto orto sive patio super quibus dicti duodecim solidi recipiuntur per me dictum Jacobum fortuny et sub dominio et alodio meo Terminantur dicte domus cum dicto orto sive patio super quibus dicti duodecim
solidi recipiuntur ab oriente in carrerio [illegible] dicte ville a meridie cum vico iam dicto [illegible] den balit ab occidente cum aliis domibus vestris seu nunc in quadam parte domorum vestrarum que habent unum portale apertum in capite inferiori vici deles adobaries
nunc de castelbell qui introitum habet etiam per dictum vicum den balit per predecessores vestros non a longis temporibus operatas que fuerunt antiquitus Guillermi [illegible] Et [illegible] cum honoribus heredum seu successorum discreti Marchi Canall quondam notarii prout constat in notaria
publica dicte ville calidarum de monte bovino instrumento inde recepto die decima quinta mensis septembris anno a nativitate domini millesimo quingentesimo octavo hanc autem vendicionem absolucionem diffinicionem et remissionem facio Ego dictus Jacobus fortuny vobis dicto
vener. Johanni monsarrato vallis et vestris de predictis sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum extrahens predicta que vobis vendo absolvo diffinio remitto et perpetuo relaxo vobis de iure dominio proprietate et posse
mei et meorum habendaque omnia et singula in dominium vestrorumque ius dominium proprietatem et posse mitto et transfero irrevocabiliter pleno iure ad habendum tenendum omni tempore pacifice possidendum et inde vestras vestrorumque voluntates libere faciendum promittens
vobis tradere vobis aut cui volueritis loco vestri possessionem corporalem seu quasi predictorum que vobis vendo absolvo diffinio remitto et perpetuo relaxo Et in hac facia vos et vestros et quos etiam volueritis [illegible] existere perpetuo pociores durante dicto instrumento gracie vel vos aut vestri si
volueritis possitis dictam possessionem vestra propria auctoritate libere apprehendere et apprehensam penes vos et vestros licite retinere Et cum per vos apprehensa fuerit tantum valere volo quantum si per me vobis tradita foret realiter corporaliter et de facto confitens interim donas
dictam possessionem apprehenderitis vestro precario nomine tenere et possidere preterea ex causa huiusmodi vendicionis absolucionis diffinicionis remissionis et relaxacionis et aliis prout melius de iure valere poterit et teneri do/ cedo transfero atque mando vobis dicto emptori et
vestris et quibus volueritis perpetuo omnia iura omnesque actiones reales et personales mixtas utiles et directas ordinarias et extraordinarias et alias etiam quascumque michi competencia et competentes competereque debencia et debentes in predictis que vobis vendo absolvo diffinio remitto et relaxo
Et contra quascumque personas et res racione et occasione eorumdem quibus iuribus et accionibus in predictis possitis vos et vestri et quos etiam volueritis uti agere et experiri agendo scilicet et respondendo defendendo excipiendo proponendo et replicando et omnia alia et singula faciendo et libere
exercendo in iudicio et extra iudicium quecumque et quemadmodum Ego facere poteram ante presentem vendicionem absolucionem diffinicionem et remissionem et possem nunc et etiam postea quandocumque Ego enim facio et constituo vos et vestros in hiis dominos et procuratores ut in rem vestram propriam ad faciendum
inde vestre libitum voluntatis sine obstaculo contradictione et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscumque curie et persone precium vero dicte vendicionis absolucionis diffinicionis et remissionis est decem libre monete barchinone et ideo renunciando excepcioni non numerate et non solute pecunie precii quod
predicti non habiti et non recepti et legi qua subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii et dolo malo et actioni in factum et omni alii iuri hiis obviati Dono et remitto vobis et vestris si quid predicta que vobis vendo absolvo diffinio et remitto plus modo valent aut amodo valebunt precio ante dicto
insuper convenio et promitto quod predicta que vobis vendo absolvo diffinio et remitto ac relaxo faciam vos et vestros et quos etiam volueritis semper habere tenere et in sana ac pacifica pace possidere durante huiusmodi instrumento gracie possidere contra omnes personas Et quod tenebor et mei tenebuntur vobis et vestris
in hiis successoribus semper de firma et legali evictione et legittima defencione [illegible] eorumdem secundum iura et de restitucione omnium missionum sumptuum dampnorum et interesse siquas vel sique vos vel vestros facere et sustinere oportuerit quoquo modo racione evictionis eiusdem
in iudicio et extra iudicium super quibus quidem missionibus sumptibus dampnis et interesse credatur vobis et vestris verbo et eorum plano et simplici iuramento nullo alio probacionum genere requisito Et pro hiis attendendis et complendis tenendis firmiter et observandis obligo vobis et vestris in hiis successoribus
omnia et singula bona mea mobilia et immobilia ubique habita et habenda etiam quovismodo et iure privillegiata renuncians quantum ad hec omni libet legi romani et consuetudini contra hec repugnatibus Ad hec Ego valentinus ferra parator pannorum lane dicte ville calidarum de monte bovino procurator
ad hec et alia legittime constitutus et ordinatus a domina marquesia uxore honorabilis clementis [illegible] parrochie sancti andree de gurbo dioc. vicen. prout de dicta mea potestate plene constat instrumento in civitate vici recepto et testificato in posse discreti salvatoris Inyent auctoritate regia notarii
vicii [illegible] notarii publici vicensis die sabbati vigesima nona mensis septembris anno a nativitate domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo prout idem discretus salvator Inyent notarius quibusdam papiri litteris sua manu propria scriptis et suo signo signatis fidem fecit cui quidem procuracioni
dictus clemens [illegible] vir dicte domine marquesie suum prebuit assensum et consensum prout in ipsis litteris certificatoriis lacius est videre dicto nomine et vigore dicte potestatis laudo approbo ratifico et confirmo predictam vendicionem et absolucionem de predicto censu dictorum duodecim
solidorum vobis dicto Joanni monsarrato vallis ut layce et private persone facta et firmata instrumento tamen gracie prout superius continetur et specificatur quibus et cetera concentio nomine prelibato promittens dicto nomine vobis et vestris et notario etiam infrascripto tamquam publice persone nomine dicte principalis mee et illorum quorum
interest recipienti et legittime stipulanti Quod dicta principalis mea et sui non venient contra predicta nec aliqua de predictis nec movebo dicto nomine seu movebit vel faciet contra vos dictum emptorem vel vestros aliquo tempore aliquam questionem peticionem vel demandam littem vel/
contraversiam de iure vel de facto aut aliter in iudicio vel extra iudicium in predictis per dictum Jacobum fortuny vobis venditis aut racione et occasione eorum concenciet etiam inferendi racione [illegible] et occasione quorumvis successionum seu quorumcumque [illegible] et iurium dicte principalis mee
nunc vel etiam infuturum debitorum et pertinencium et pertinere debencium in hereditate et cunctis bonis predicti Jacobi fortuny quibuscumque racionibus iuribus titulis sive causis Et etiam nomine predicto renuncio quantum ad hec omnibus iuribus dicte principalis mee competentibus et competere
debentibus in predictis vobis venditis et diffinitis ex causis et racionibus superius expressatis et aliis etiam quibuscumque renuncians etiam quantum ad hec dicto nomine beneficio velleyani et omni alii iuri in favorem mulierum insuper dicto nomine convenio et promitto vobis dicto monsarrato
vallis Quod predicta omnia et singula dicta principalis mea tenebit et observabit et in aliquo non contra faciet vel veniet seu permittet aliquo iure causa vel etiam racione Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo sed sponte iuramus nos superius
nominati in animam dicti fortuny Et ego dictus valentinus ferra in animam dicte principalis mee per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta nomine prelibato predicta omnia et singula semper rata grata valida atque firma habebimus tenebimus et
observabimus nomine quo supra et in nullo contra faciemus vel veniemus nec dicta principalis mea dicti ferra contra faciet iure aliquo causa vel etiam racione Et sic convenio et bona fide promitto Ego dictus Jacobus fortuny venditor predictus vobis dicto monsarrato vallis emptori
predicto et vestris nec non et notario etiam infrascripto tamquam publice persone pro vobis et vestris et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quorum interest et intererit recipienti ac etiam legittime stipulanti Actum est hoc in villa calidarum de monte bovino dioc. barchinone die tercia mensis octobris
anno a nativitate domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono Signum Jacobi fortuny venditoris Signum valentini ferra dicto nomine concencientis predictorum Qui hec dicto nomine laudamus firmamus et iuramus /. etc.

Testes huius rei sunt honor. Joannes de plana casanya iuratus Jacobus barri cultor et Marchus villar assaonator pellium maior dierum dicte ville calidarum de monte bovino /. etc.

Signum Jacobi lo[illegible] apostolica ac regia auctoritatibus [illegible] archidiaconi valless in ecclesia barcinonensis auctoritatibus notarii publici regentisque notariam publicam ville calidarum de montebovino Qui hec scribi fecit et clausit cum suprapositis in presenti clausura videlicet [illegible] /. etc.